ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Illustri D^o Constantino Hugenio, Suylichemi dynastæ &c.
Ioh. Smits S. D. Pl.

Statianus Atrimus ab aspectu, Vir Spectatissime, tuo audacior factus, altero Ausoniano comite Maronianum centonem secutus, in plurium oculos prodire, tibique se iterum sistere audet. Satis tamen illi utrique abunde erit, si comites trajectino aliquando à cœna oculo digneris; ut velites qui majorum ingeniorum atque argutiarum delectum proludunt. Septenarius Barlæanorum epigrammatum manipulis longum post se agmen ducet. Auxiliariæ variarum linguarum cohortes iisdem parietibus explicabuntur, interque secli incommoda pessimos Poëtas meum recurret nomen; in iis quæ nuper obtrusi epigrammatibus, quæque exinde in calamum venerunt, quatuor duo hîc seorsim antiquorum plumis exornata vides: Ita eadem specula intus denique atque foris spectatores suos occupabit. Alios adde lusus adjeci, ut sit quod seriis ipse interponas, aut Constantinus tuus. Vale, Vir Illustris publico patriæ Hugenidarumque bono et me constanter, quod facis, ama. Scribebam, Noviomagi, 17/27 Xbris. A. ☧ CIƆ IƆ XLVI.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Smith) 22
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4505

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Smith) 22
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4505

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Smith) 22
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4505

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Smith) 22
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4505